



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Dulcedo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

DE FICU. CAP. XXVIII.

Inchoavit honoratissime Domine, oliva apparatus nostrum, accessit uva, quæ plurimum forte attulit saturitatis: pro bellariis addere ficus libuit, ut si quid amaritudinis in oliva fuit, si acerbitas uva, quod nostri quippe Bellunensis cœli rigor eam plerûq; maturefcere non sinit, errorem omnino missus tertii suavitas emendet.

DULCEDO. CAP. XXIX.

DE ficu sane quicquam, quod magnam mihi affert admirationem, apud Horum Aegyptiam, Caprifico excepto, non invenimus: paucissima enim admodum ejus auctoris fragmenta temporis injuriam evicerunt. Apud Authores alios inter arbores primas celebratam passim comperimus: atque illud præcipuum ejus est hieroglyphicum, ut per eam dulcedo intelligatur, eaq; tam in gratia hominibus consuetudine, ac morum suavitatem, quam in cæteris rebus, quæ jucundæ amabilesq; sunt, ac voluptatis plenæ. Hinc illud apud Theocritum de suaviter cadente, καὶ ὅτι μὴ γὰρ ἰσχυρὰ τὸ πρῶτον, ἐμὲ δὲ γὰρ ἐπιθυμῶν, ἐπιθυμῶν τὸν ἄνθρωπον. Ab Ægilo vero dictum, quod ea sit ex Atheniensium tribubus, & suavissima Athenis ficus esse Dion etiam testatur. Ita vero ficus ad victus humani commoditatem nata, ut Hippoanax Poeta vetus eam auro prætulit, dum seazonte illo suo licentioso dicit:

Hinc illud Aristophanis in Vespiis cœno cœtæ, ficum cupit pro delicato victu usurpare.

Idque forsitan propter famis condimentum ut Davimus ab Alexandro fuscus haustum aqua turbida suavissimum dixit. Iudic. c. 9. Artem. l. 1. c. 71. Fici prodigijsa omnia.

Ἐὶ πῶς ἠγασίηται ἡγορῶν ἐν δὲ μῦθῳ πολλὰς
Καὶ σὺν ἡγορῶν ἐ δὲ ἡ τῶν ἀνθρώπων
Κτῆρ' ἡγορῶν τὴν ἀγορῶν ἡγορῶν ἡγορῶν:

Si quis domi recondat auri plurimum,
Ficusq; paucas, comparatque serculos
Duoque, tresve, indicabit illico
Auro domi præstare ficum plurimum.

Sane Φιλιστινῶν nonnulli appellant purioris mansuetiorisque vitæ duces. Harum vero commendationem auget summo opere Artaxerxis cognomento Macmonis testimonium, qui junioris Cytiræ fuisse fertur: is cum aliquando arrepta fuga commeatuq; direpto, coactus esset ficus, & chordæ eorum panem esitare, indoluisse fertur, ob regalem effluentiam apparatioreq; lautitias tantæ se voluptatis expertem tandiu fuisse. Quid vero quod ruta, sua satis insignis amaritudine, si juxta ficum feratur, delinquere, ut reliquis arboribus à quibus in imperium adscilicet batur, dominaretur. Ut vero alibi legimus in iisdem Divinis libris, justos & sanctos homines sub ficu requiescere perhibent, hoc est, tranquillam atq; suavem vitam agere. In veterum etiam numis suavitatis istiusmodi significatum observetur. Nam in quodam, ficus est inter duos tumulos sita: unius tumuli inscriptio est. Α Μ Β Ρ Ο Σ Ι Α. Alterius ita detrita literæ sunt, ut legere non poterim: puto tamen ex nota Ν Η Ε Ρ Α, quæ via domitia discernitur, Ν Ε Κ Τ Α Ρ esse debere: quasi ficus utriusq; vicem gerat. Sane conjectores inspectam in somnis ficum, albam præcipue, atq; suo tempore, bonorum multorum prælagium habent.

SUAVITAS SUBLATA. CAP. XXX.

NEque caruit omnibus ficus, quæ sublatam suavitatem extirpata significaret, eo præsertim tempore quo publica civium Ro. suavitas & dulce commercium: extincto Alexandro Severo, adempta est. Paulo enim ante quam is satis concederet, arbores fici tres, quibus tentoria Imperatoria adnexa erant, quæq; ficus eas ferebant quibus Alexandrinarum nomen est, subito ante illius tentorium prociderunt. Idem in Caprifico portentum in Messenios accidisse memorie proditum est. Nam cum illi sylvestrem ficum καρῆσι appellarent, quos nos imitati sumus Caprificum appellantes, oraculum super excidio suo hujusmodi habuerunt:

Ἐπὶ τῶν καρῆσι τὴν ἰδίαν ἰδίαν ἰδίαν ἰδίαν
Ὅτι τὸν καρῆσι τὴν ἰδίαν ἰδίαν ἰδίαν ἰδίαν
Namq; Nedes simulac curvas Caper hausserit undas,
Tunc Messens vale, tibi enim gravis exitus instat.

Accidit